



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

An nouitiatus in Societate Iesu diuersam conditionem habeat à Nouitiatu  
aliarum Religionum. punct. 12 [i.e. 13].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

annos, neque malitiis suppleri erat: Si teneat Gloss. elem-  
fin. de Regulari. verbo *erato* per *textum ibi* Sylvestri verbo *re-  
ligio* 2. quæst. 12. & *religio* 3. quæst. 2. & *relig. 5. quæst. 1.* Gre-  
gor. Lopez leg. 3. verbo *vn anno titul. 7. part. 1.* Sanchez alias  
relatis lib. 5. summ. cap. 4. num. 22. Quia ante pubertatem ne-  
mo censetur idoneus ad religionis alperitatem probandas, præ-  
cipue que votum castitatis ceperique. Neque obstat, quod ante  
illam erat enim quis recipiat ad religionem, quia recipitur  
legitima erata probandas.

3. Solidum est dubium an Trident. decreto hoc immutatum  
sit. Nam ex illo viderur colligi probationem incipere non pos-  
se ante 15. annum complerum, siquidem Trident. sif. 25.  
cap. 15. de Regularibus. Statuit neminem ad professionem ad-  
mitti posse ante 16. completum annum, & premiso integro  
nouiciatus anno, & cap. 16. decimeti, ut finito tempore noui-  
ciatus superiores nouiciatos, quos habiles inuenient, ad profes-  
sionem admittant, aut e monasterio eliciant. Supponit ergo  
consilium omnes finito nouiciatus anno in legitima erata ad  
professionem esse debere, siquidem admittendi sunt, vel ci-  
enciendi, si alias habiles, vel inhabiles existunt; ob solum enim  
defectum eratice non debentur. Sic videtur sententia Sylvestri.  
verbo *religio* 5. quæst. 3. Angel. verbo *nouicius* quæst. 7. Ca-  
teretur versus *censo* ex Trident. decreto non mutata nouiciatus  
statum. Nam ex illo Trident. disponit finito nouiciatus an-  
no nouiciatos ad professionem admitti, vel e religione eius, hoc  
subimelligitur, nulla legitima causa intercedens differendi  
professionem, ut multis comprobatur. Rodrig. tom. 3. regul.  
quæst. 9. art. 10. & 20. & tom. 5. sum. cap. 8. num. 3. San-  
chez lib. summ. c. 4. n. 21. Quando autem nouiciatus annum 16.  
non complevit, legitima causa ad: st professionem differendi, si  
eius ad eis, si morbo aliquo laboraret, vel in probatione non  
satisficeret. Sic tenet Nauart. lib. 3. consil. tit. de Regulari.  
consil. 20. alias 30. num. 1. Azor. 1. p. lib. 12. c. 4. quæst. 9. Ro-  
drig. tom. 3. quæst. regular. quæst. 15. art. 1. Sanchez alias rela-  
tis lib. 5. summ. cap. 4. numer. 22. Lessius lib. 2. cap. 4. dub.  
7. n. 59. in principio. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 13. n. 8. Barbo-  
la 3. parte de potestate Episcop. alleg. 101. n. 31. & alijs.

## §. IV.

Quæ conditions seruandæ sunt ut nouiciatus  
legitimè fiat.

## S V M M A R I V M.

1. *Debet esse munera traditio inter religiosum & religionem, ut se inuenient probent.*
2. *Non est necesse fieri hanc probationem in monasterio.*
3. *Non per quilibet monasterio furrium egressum, & vagationem cessat nouiciatus.*
4. *Bene potest esse nouiciatus abique habitus nouiciorum gestione.*
5. *De tripli conditione quæstio esse potest. Prima de mu-  
nere confusu, & traditione. Secunda de probatione ipso in monasterio. Tertia de gestione habitus reli-  
gionis assumenda.*

1. **P**rima conditio omnino necessaria est nouiciatus, imo  
in ea solum essentia nouiciatus consistit, ut ex §. præ-  
cedenti, num. 1. colligatur. Dispositus enim nouicius esse de-  
bet a religione probari: Sic tanquam aptus admittendus, vel  
ineptus repellendus, religiisque illum admittere debet, ut  
difficultibus, & austerioribus illis probatis liberè eligat religio-  
sum statum, si libi expedite iudicauerit. *Quod adeo ve-  
rum esse censeo cum Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 11. 4. à  
num 5. Ut quoties ex parte nouicii, vel religionis celaverit  
hic consensus, & dispositio probandi, probationis status omni-  
nino cesseret. Cessat autem haec voluntas, & dispositio ex ipso  
quod nouicius ad professionem admittitur, esto invalidè ad-  
missus fuerit. Quia professionis admissione cessa religio & libe-  
ra nouicii probationes, siquidem illum tanquam probatum ad-  
mitit, & nouicius cessa religione probanda, credens egredi  
ab illa non posse. Quia statu probationis omnino repugnat.*

2. **S**ecundam conditionem de probatione in monasterio  
non desunt Doctores, qui dicant necessariam esse; quia alias  
non valebit nouicius alperitatem religionis experiri; neque re-  
ligio nouicii mores. Sic tenet comparativa monialium. Ro-  
drig. tom. 3. quæst. regul. q. 15. art. 10. circa finem.

*C*æterum omnino tenendum est, nouiciatus peragi posse  
extra monasterium de licentia superioris; quia ad nouiciatus  
cessitiam sufficit si nouicius ex vi sua voluntatis regi, &  
gubernari a superiori paratus sit. *Quod extra monasterium  
potest, tametsi nullam religionis alperitatem exper-  
iatur, ut contingit in eo, qui immediate post habitus sus-  
ceptionem in lectulum decidit, nullumque religionis spe-  
ciale exercitium fecit, sed non obinde definit esse nouicius,*

quia esto nouiciatus institutus sit, ut nouicius religionis diffi-  
cultates experietur, & religio mores nouicii, & ad hujus-  
modi finem conueniat, vel necessarium sit vitam degere in  
monasterio; quia tamen hæc actualis, & exacta experientia  
non precipit, ea de causa ad nouiciatum simpliciter neces-  
saria non est, & ita tenet ex decisione Cardinalium Nauart.  
lib. 3. consil. tit. de Regulari. consil. 4. & consil. 4. alias 31. Azor.  
1. p. lib. 12. c. 2. q. 8. fine Lessius lib. 2. c. 4. dub. 7. n. 59. Suar.  
tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 14. n. 13. Sanchez lib. 5. sum. c. 4. n. 27. &  
28. Barbo. 3. p. de potestate Episcop. alleg. 101. num. 27. & plures  
apud ipsos.

3. **M**aior difficultas, si extra monasterium nouicius vase-  
tur abique licentia superioris præcipue habui dimissio, an co-  
ipso eius nouiciatus esset? Nauart. Azor. Lessius. Sanchez. Bar-  
bo. aliqui communiter supponere videtur. Siquidem di-  
cunt ex ratione non cessare nouiciatum, cum extra monasteri-  
um de licentia Abbatis nouicius degit; quia fictione iuriis in  
monasterio degere censetur, ceterum dicendum existimo non  
per quemlibet monasterio egressum, & evagationem noui-  
ciatum cessare, nisi forte haec cum animo dimittendi subiectio-  
nem, vel nisi vagatio ita diurna sit, ut mortaliter vera di-  
missio, & defensione subiectio intelligatur: Sic docet Suar.  
tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 14. num. 14. & confat ex dictis supra  
§. 2. Ratio est quia exiens futuri à monasterio animo imple-  
di libidinem, & non animo dimittendi subiectio patens, &  
dispositus es coripi, & puniri si reprehendaris. Ergo ex illo  
egressu nouiciatus non cessat, cum non esset voluntaria subie-  
cio, & punitione ferenda dispositio.

4. **T**ertia conditio de habitus nouiciorum gestatione in re-  
ligionibus habitum proprium habentibus, speciale difficultas  
habet. *Tum quia est speciale religionis, indicium specialisq;*  
illius alperitatem. *Tum quia Tridenti professionem irriat illius,*  
qui minuti tempore, quam per annum post suscepimus habitum  
in probatione steret. *Suscipitur autem habitus, ut gestetur.*  
Ergo illius gestatio est omnino necessaria: Sic docent Gloss.  
c. fin. verbo *habitus* 17. quæst. 1. & c. super eo de Regulari. Syl-  
vestri. verbo *religio* 5. q. 5. Azor. 1. p. lib. 2. c. 2. q. 9. Sanchez. c. 4.  
num. 29. Lessius lib. 2. c. 4. dub. 7. n. 59. vers. 3. Ludovicus Mi-  
rand. in manu pral. 1. p. g. 22. art. 6. conel. unica Barbo. 3. p.  
de potestate Episcop. alleg. 101. num. 29. & alijs apud ipsos. Nil hil-  
luminis versus censeo cum Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap.  
14. n. 10. 11. 12. & 15. fine. Non esse hanc habitus gestationem  
de nouiciatus substantia Nam vt §. 3. relinquitur probatum ad-  
mitti quis potest ad nouiciatum, quia faciem habitum  
mutet, c. confitucionem de Regularibus in 6. Et semel ad-  
missus potest incidere in lectum, & sic tunc nouiciatus anno  
perseuerare, quia habitus regularis inducit. Ergo gestatio  
habitus regularis non est de substantia nouiciatus. Deinde haec  
habitus gestatio ille potest necessaria, ut nouicius hanc religio-  
nis alperitatem experietur, vel ut a secularibus, & professis illius  
religionis distinguatur. Sed ex neutra harum rationum re-  
quiritur, ergo necessaria non est. Et quidem ob experientiam  
illarum alperitatem expostulari non potest; siquidem fatus  
comune est apud Doctores non esse opus nouicio omnes religio-  
nis alperitatem experiri, sed sufficiere si sub obedientia iugo  
exfiltrari, ut tenent alias relatis. Nauart. lib. 3. consil. tit. de Re-  
gularibus consil. 42. alias 32. Rodriguez. tom. 3. q. regul. q. 15. art.  
10. Sanchez. lib. 5. sum. c. 4. n. 28. & 82. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 14.  
n. 13. 14. & 15. Ob distinctionem autem a secularibus, & a pro-  
fessis illius religionis minus requiri potest. Quia a secularibus  
aliis pluribus viis distinguuntur; quam habitus regularis ges-  
tatione, præcipue cum tritum proverbiū sit habitum non  
convenire monachum, sed professionem. A professis ve-  
sto frustran est distinctione. Tum quia in pluribus religionibus  
nulla est nouiciorum, & professorum in habitu distinctione. Et  
estilo aliqua esset, potest nouicio honoris causa habitus profes-  
orum concedi, quin professio concedatur, neque obinde no-  
uiciatus cestabit.

## P V N C T V M . XIII.

An nouiciatus in Societate I E S V diuersam con-  
ditionem habeat à nouiciatu aliarum  
religionum.

## S V M M A R I V M.

1. *De conditione etatis nulla est in Societate diuersitas.*
2. *Integer annus requiritur, nec alter valet professio, nec  
incorporatur per vota biennij.*
3. *Ex confitucionibus alias additur.*
4. *Potest in eo Prepositus Generalis dispensare ad profes-  
sionem, ad vota tamen Scholasticorum dubium est.*
5. *Resoluuntur posse.*
6. *An Provincialis possit admittere nouicios ad vota Scho-  
lasticorum*

## De illius Essentia & Prerequisites.

132

- laeticorum biennio non expleto & Proponitur dubitandi ratio.
- 7 Nullus modo videtur posse.
- 8 Probatio nouitii fieri potest extra monasterium de Prelati licentia.
- 9 In seculari habitu probari nouitius potest.

**R**esolutur huius difficultatis clare innescet expeditio do conditiones generales nouitiatum requisitus. Dictum ignis est atacem ad nouitiatum requiritum esse puberatatem completam; in quo nulla est diversitas pro nouitiatu Societatis: Siquidem nullus infra quatuordecim annos ad Societas probacionem recipi potest, ut habeatur 1.p. constitut. cap.2. §. 12. & c.3. §. 15. Et littera K. Et licet Praepositus generalis possit aliquam nouitudinem completem puberatatem sub regimine nouitiorum admittere, sicuti possunt Prelati aliarum religiosum impuberis inducere habitu regulari; at quoque puberatatem compleat, verus nouitius non est, nec verum nouitium vienit professione, seu incorporationi constituit. Quia in hac parte nullum speciale priuilegium Societas habet contra ius commune, neque expediet habere; supponit Sanch. lib. 5. sum. e. 4. n. 2. iunctio n. 2.

2. Secundo diximus requiri integrum anum, neque alter validam esse professionem. Idem prorsus in Societe requiritur; non solum pro emittenda professione, de quo nulla potest esse dubitatio ab decisione Trident. Jeff. 25. cap. 15. de Regularibus, omnium religiosorum in communione vienitum professionem comprehendentes, sed etiam pro emittendis votis bienniis: Nam cum hoc verum religiosum constituit; eaque emittens quantum est ex parte sua perpetuo religione ligatus sit, intercedit annus probationis ad illum statum praemittendus est: consilium enim hunc annum probationis professioni praemittendum statuit, ne absque debita confideratione, & diligentia investigatione quis ligaretur scaci religiosis ita arduo, & difficili absque spe retrocedendi. Quae ratio in incorporatione Societas per vota biennij locum & quantitatem habet: Ex ita tradit expresso Suar. tom. 4. de Relig. lib. 2. c. 4. & lib. 3. c. 6. numer. 3. Sanch. lib. 5. sum. cap. 4. num. 20. fine.

3. Praeter hunc annum probationis alias additur à Societate, vt constat ex cap. 1. §. 12. exam. ibi antequam quis admittatur ad professionem, vel simplicia vota biennum integrum ad probationem habebit. Idem traditur, e. 4. §. 16. & 4. p. constitut. cap. 3. §. 3. & concessum fuit à Paulo IV. & Iulio III. Gregor. XIII. in suo constitut. Afectando Domino. Vbi dicit hanc longam probationem in Societe statuisse, quia ministeria Societas viros diu probatos, & in solidis virtutibus fundatos requirunt. Quod si exacte probationis tempore, scilicet biennio contentus quidem nouitius est, & exoptat sic adprofessionem, vel in coadiutorum, vel in Scholasticum admitti: Verum dubitatur Societas de ipsius talento, vel moribus, securius erit in aliun annum, vel tempus quod videbatur id protrogari, donec virtute parti plene in dominio sit satisfactum: Sic deciditur, ex am. gen. cap. 4. num. 43.

4. Difficultas igitur est, an Societas Praepositus generalis admittente posse ad professionem, vel ad votum coadiutorum formatorem, vel Scholasticorum nouitium non expletio biennij probatione, expletio tamen integro probationis anno? Et quidem de admissione ad professionem nulla est difficultas cum 5. p. constitut. c. 1. §. 3. littera C. Concedatur Praepositus generali contrahendi bienni facutas, quam explicans congregatio 5. generalis canon. 10. intelligit de contrahendo biennio, in ordine ad professionem. Et hinc sumitur ratio dubitandi, quod Praepositus generalis non possit ad vota Scholasticorum, aut coadiutorum formatorum aliquem admittere in expletio probationis biennio, inquit enim congregatio 5. decreto 9. In nullo casu exercere licet facultatem illam dispensandi in contrahendo biennio spatio, ad hoc ut quispiam ante expletum biennium censeatur verus religiosus, & Scholasticus approbat per emissu vota simplicia Scholasticorum Societas, quam facultatem concedit declaratio constitut. p. 5. c. 1. littera C. Neque haec restitutio dictæ declarationi repugnat, vt notauit decreto 50. Tum quia facultas dispensandi quæ in ea concessa est, possit aliquem effectum haberi, facis est, si exercetur in contrahendo tempore biennij ad professionem in casu aliquo emitendam. Tum etiam quia nunquam videretur euenire posse, ut opus sit illud contrahere ad admittendum in gradu Scholasticorum, & coadiutorum.

5. Ceterum omnino dicendum est posse validè Praepositum generalem admittere ad vota coadiutorum, vel Scholasticorum nouitium non expletio biennio; tamen ei admissio illicita est: Si docent expresso Sanch. lib. 5. sum. cap. 4. num. 20. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 2. c. 4. num. 9. & lib. 6. cap. 1. num. 11. Ratio est manifesta, nam constitutio 5. p. constitut. c. 1. littera C. biennium Praepositus generali contrahere iusta causa intercedente permititur. At in decreto 9. 10. & 50. congreg. 9. Hoc potestas non admittitur, sed solum vobis prohibetur.

Tum quia congregatio non vritur verbo non possit, sed verbo non licet. Tum quia in dicto decreto 9. expertis inquit congregatio se non intendere dictam facultatem Praepotito generali abrogare, sed solum facultatis vobis prohibere, & idem tradit canonice. 10. Si de facto Praepositus generalis illa facultate vtratur & ante expletum biennium admittat nouitium ad vota Scholasticorum, vel coadiutorum, valide admittet, tametsi illicet faciat. Quod si roges, quare congregatio permittit contrahere biennium ad professionem, & non ad vota Scholasticorum? Facile responderetur; quia in professione occurrens casus necessitatis potest, secus in votis Scholasticorum. Potest enim occurrire, necessitas inhabilitandi nouitium ad maioratum. Item potest esse nouitius ita eximiz doctrina, & probata virtus, nobilitatis ingenit, & etiam ita maturus, ut merito concedi possit, & debet iuxta nostas constitutiones professio poterit ergo in illo casu biennium contrahere, ut sic eius ingressus in societatem facultor reddatur. Quæ rationes in admissione ad vota Scholasticorum, & coadiutorum, vobis frequentiori, & paucim occurrenti non procedunt: ac proinde dispensatio in hac admissione interdicta est; concessa tamen in admissione ad professionem.

6. Maiores milii difficultatem infer, si de facto Provincialis ex consensu nouitij ante biennium expletum admittat ad vota Scholasticorum illa admissione valida sit, esto graviter peccet? Ratio difficultatis ea est, quia ex vi iuris communis solus integer annus probationis ad professionem, seu statum religiosum assumendum requisitus est. Ex vi autem iuris facticiatis non est biennium essentialiter requisitus, cum de facto à Proprio generali minui possit. Ergo Provincialis ad vota Scholasticorum aliquem admittens, non expleto biennio valide admittit. Nam est potestatem non habet contrahendo biennio, inde non videatur inferri iuris facticiatis admissionem, cum fiat ab eo qui potestatem haberet admittendi, sed solum esse illicitem, vobis ante tempus legitimum factum. Quod credo exemplo matrimonii manifestius posse. Parochus enim, seu quilibet alius clericus, cui est concessa facultas assistendi matrimonio p. amissis denuntiationibus, si matrimonio assistat denuntiationibus non præmissis validè, est illicet assit, qui denuntiationem omisso non tollit clericus facultatem assistendi; cum non sit matrimonio essentialis, quamvis impediatur eius legitimum vobis. Similiter ergo potest Provincialis validè admittere ad vota Scholasticorum biennio non expletio; quia diminutio biennij non videatur tollere eius potestatem, siquidem ex vi confirmatione, ut recte expendit Suar. tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 2. cap. 4. num. 9. biennium non est incorporatione Societas necessarium, & nullibz habetur potestate Provincialis concessam ad vota Scholasticorum admittenda alio modo restringi ex diminutione biennij, quanum biennium est necessarium. Deinde concedo nullomodo posse Provinciale dispensare, sicut nec generali in contrahendo biennio ad vota Scholasticorum. At si generali si de facto ante biennium admittat nouitium ad hac vota, valide admittit, si Provincialis debet censeri valide admittere: Et ita videatur sentire Suar. dict. c. 4. num. 9. Vbi postquam probatare biennium non esse necessarium, subdit. Igitur non dubito, quod si Praepositus habens potestatem in Societe, admittat nouitium post integrum probationis annum, & ante expletum biennium ad aliquem gradum, eius admissio, & vota eius validis, etiam forte Praepositus in eo male ageret, quia nulla est lex irritans factum. Ut autem intelligas de aliis Prelatis inferioribus a generali loqui, subiungit Istarim. Ceterum est etiam praepositum generali ex iusta causa posse in hoc dispensare, tametsi Provincialis non possit. Ex qua doctrina consequenter videatur dicendum, si Provincialis credens inuincibilis nouitium expleuisse legitimam nouitiam biennium, cum tamen solum integrum annum legitimè expleuerit, eo quod in alio habuerit impedimentum, & ad societatem per vota admittit, validè erit admissio, vobis ad habentem potestatem concessa, & nullibz irritata, & ex alia parte excusatibus a peccato ob ignorantiam inuincibiliter.

7. Verum non audeo hanc probare sententiam, sed possum exilio dicendum Provincialis potestatem non extendi ad vota Scholasticorum validè admittenda ante biennium expletum. Moneor ex eo, quod sapere viderior in societate vota facta biennio non expletio declarata nulla, si emittentem liberum relinqui, ut posse discedere: Signum igitur emittens est potestatem à generali concessam ad iuuemodi calum non extendi. Quapropter et si biennij probatio non sit ad incorporationem simpliciter ne cessaria stante potestate in recipiente, sed solum vobis anni probatio: At recipiens potest omni necessaria est, & ex hiis defecta admissio Provincialis nulla redditur, & in tener expresso Sanch. lib. 5. sum. cap. 4. num. 20. Neque obstat ratio dubiandi in contrarium, quod solum habet verum casu quo facultas concedetur absoletè, & simpliciter, ut in casu matrimonii soler concedi. Secus vero si concederetur restricta, & sub aliqua circumstantia scilicet

DE  
ASTR  
PALA  
TON.  
III.

sub complemento biennii: Qualiter consistenda est Provincia libus concedi.

8. Tertiò diximus probacionem nouitij non esse opus fieri intra monasterium, sed extra fieri posse ex Praelati licentia: Quod in societate verius habet, cum ex eius instituto, tum feruendo pauperibus, in Xemodochis tum peregrinando nouitij exercendi sint, ut constat ex examen. gener. c. 4. n. 11. & 12. Ex reg. magistri nouit. cap. 13.

9. Quarto statutum est, gestare habitum regularem non esse simpliciter necessarium, sed in seculari habitu probari nouitum possent. Sed quamvis in aliis religionibus necessarium esset, id in nostra societate esse non potest, quia habitu communis, & non speciali virtut, & expresse cauer nouitios habitu seculari probandos esse, si ita in Domino visum fuerit expedire, ut decimum est examen. c. 1. §. 13. & in declarat. littera F. & 3. p. constitut. c. 2. & 6. p. c. 2. littera M. & tradit. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 2. c. 2. num. 6. Sanch. lib. 5. summ. cap. 4. num. 29. fine.

## P V N C T V M X I V .

De dispositione suorum bonorum, quam nouitius via testamenti facere debet.

## S V M M A R I V M .

1. Nouitius via testamenti de suis bonis disponere potest nulla irreqvista licentia.
2. Teneret feruare in hac dispositione solemnitates à iure requiratae.
3. Valida perficitur hac dispositione, nec professione infirmatur in religione succedendi incapaci, at in succedendi capace plures centent oppositum.
4. Verius est in nulla religione infirmari, tametsi testamentum faceres, cum de Religione non cogitaueris.
5. Testamentum nouitius in religiosis professione firmum perficit, ut renouari non possit.
6. An hereditas, & legata testamento relata concedi debet, naredi, & legataris, cum nouitius professione faciat, non debet concedi.
7. Excepte nisi nouitius vellit testamentum à die professionis effectum habere.
8. Ex quibus coniecturae, hoc voluntatis colligatur.
9. Secundo excipe, si profeso sit in religione succedendi incapaci.
10. Quid dicendum Trident. decreto sicutate? Affirmant plures comprehendunt testamenti fractionem.
11. Verius est oppositum.
12. Idem est de donatione causa mortis.
13. De donatione inter vivos sub conditione, si professus fuerit, sub dicto Tridentino decreto comprehendi plures affirman.
14. Probabile est oppositum.
15. Valida est dispositione bonorum à nouitio Societatis Iesu per viam testamenti.

D Vplici via nouitius disponere potest de suis bonis vel testamento, vel donatione, seu renunciatione. De dispositione per testamentum agendum est in praesenti. In sequentibus de dispositione per donationem, vel renunciationem.

1. Regula generalis est cuiuslibet volenti ingredi religione, vel iam in nouitiorum ingresso licitum est abesse via superioris requisita licentia de propriis bonis disponere via testamenti. Quia ea dispositione nullibi reperitur interdicta; & eo tempore nouitius sui iuris est, & dominium, & dispositionem suorum bonorum retinet; & tradit. Conar. cap. 2. de testament. num. 5. in fine. Nauarr. commis. 2. de regularibus n. 49. Molin. tom. 1. de iustit. disp. 129. vers. His ita Sanch. alios referens lib. 7. summi. cap. 3. num. 3. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 16. num. 7. Hanc dispositionem facere nouitius potest nihil monasterio relinquendo: quia ex nullo iure constat hanc esse nouitio obligationem impositam, & tradit. Sanch. num. 8. Suar. num. 7.

2. An vero in hac dispositione teneatur nouitius seruare solemnitates à iure requiratas, quas obligatus est seruare, si religione ingressus non esset; non constat inter Doctores. Bart. Authent. si qua maluerit num. 7. Cod. de Sacrofani. Eccles. Abbas cap. quia nos de testam. n. 4. Julius Clat. lib. 3. receper. sentent. S. testament. quaf. 2.8. num. 2. Azor. 1. p. lib. 12. cap. 2. quaf. 15. Emanuel sà verbo testamentum num. 21. & 25. & alii plures apud Sanch. lib. 7. summi. cap. 3. num. 16. Negant du. si Authent. de monachis §. illud. Vbi nouitius conceditur libera testandi facultas; quia concessio ne fustanaria sit operari debet, ut saltem testari possint absque iuris solemnitate, sequitur seruando iuris solemnitates hac concessionem non indigebat.

Deinde ducuntur argumento militis temporalis, cuius testamentum firmum est, tametsi solemnitas iuris in eo feruata non sint. Sed merito alii plures Doctores contrarium consenti: quia à iure communis recedendum non est ab ipso sufficiente fundamento: Nullum autem repetitur ad recipiendum nouitios ab obseruatione harum solemnitatium. Nam illud Authent. de monachis, non concedit nouitius privilegium testandi, sed declarat facultatem, quam habent ad testandum, solum tempore nouitatus ea uti posse, & non veterius. Ex privilegio autem militibus concessio non bene inferatur. Nam privilegium ex uno casu ad alium extendendum non est, maximè cum non adest eadem ratio, ut in praesenti. Nam nouitius, dum in nouitatu existit, propriè non militat Deo, sed est in via, & probatione ad militiam spiritualem, habet enim liberum discessum, & ex alia parte spiritualibus vacat, non enim praesumit ignorantiā habere legum, & constitutionem, quam tamen presumit ius in milite temporali ob armorum exercitum; cùque de causa nouitius non excusat feruare in testamento solemnitates iure requiratas, bene tamen miles temporalis, iuxta leg. quamquam Cod. de testamento militis & leg. secundum ff. eodem: Et tradit. Nauarr. comment. 2. de Regularibus num. 52. Gutierrez. can. quaf. lib. 2. cap. 1. num. 14. fine. Manuel Rodriguez. 2. tom. sum. cap. 7. n. 9. Sanchez alius relatis lib. 7. cap. 3. num. 18. Ade obligatum est non solum seruare solemnitates testamenti iure Ecclesiastico introductas, cap. relatum testamenti. Sed quae iure ciuilis requiratae sunt: nam in contractibus, & testamentis, alius que bonorum dispositionibus non solum Laici, sed Ecclesiastici tenentur legibus ciuilibus, ut propter libertati Ecclesiastica non prejudicantibus, & bono reipublica, cuius ipsi partes sunt respiciencibus, sicut latius probavimus tract. de legibus disp. 1. punct. 14. §. 6. & tradit in praesenti Sanchez, lib. 7. sum. c. 3. num. 20. & 21. Restant tamen aliquot difficultates enodandae.

3. Prima, an hoc testamentum nouitius, & legata in eo religie professione infirmatur? Circa quam difficultatem dicendum est, si professione facta sit in religione succedendi incapaci, ut est religio Maimorum, aut Capucinorum, certissimum esse non infirmari, sed validam omnino perficere. Quia ea soluna ratione sumpi testamentum potest, qui successionis iura habeat, iuxta leg. suus hares Cod. de repudianda heredit. leg. si post mortem §. liber. ff. de bonorum possess. convatabil. cum autem ex casu monasteriorum nullum ius succedendi habeat, sumpi ex eius ingressu testamentum non potest; & tradit alius relatis Molin. de Hispan. primogenit. lib. 2. cap. 1. num. 8. Sanchez, lib. 7. summi. cap. 3. num. 23. At si professione facta sit in religione successionis capaci, plures Doctores centent apud Sanch. Fachinum, Molin. & alios statim allegatos annulari testamentum, vel quia monasteriorum loco filii habentur, vel quia religiosus professione ipsa propter subiectiōnem quam ad Praelatum haberet, quasi capite minuitur, vel tandem quia presumunt murare voluntatem, & monasterium heredem relinquere, cum in eo vitam finire desideret. Quod maximum verum habet, si cum testamentum fecit, de religione ingressu non cogitauit.

4. Ceterum omnino tenendum est, non renouari testamentum professione religionis, tametsi factum fuerit, cum de religione ingressu non cogitauit: Sie Panorm. & c. in praesentia n. 52. & Felin. num. 54. de probacionibus. Nauarr. comment. 2. de Regularibus n. 61. Molin. lib. 2. de primogenit. c. 9. 44. Fachin. lib. 6. controver. cap. 14. vers. postrema Molin. Iesuita tom. L. disp. 139. dub. vts. Sanchez. pluribus relatis lib. 7. c. 3. n. 34. Ratio est, quia ingressu religione, libera facultas à iure conceditur disponendi de rebus suis per testamentum, ut habetur nouella 5, seu Authent. de monachis §. illud. & Authent. Nunc autem. Cod. de Episcop. & cleric. At si ipso religione ingressu dispositione infirmaretur, inuicili, & frustranea est concessio, ergo nullo modo afferendum est infirmari. Praeterea nulla est ratio cogens ad hanc reuocationem afferendam. Nam monasteriorum loco filii non habeantur, nisi in casibus à iure expressis, ut multi allegatis probat. Matieno leg. 7. tit. 1. 1. Gloss. 2. num. 21. lib. 5. noue recipiunt. Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 9. n. 45. iunctio n. 40. At nullibi est expressum monasterium ad reuocandum testamentum loco filii habendum esse, ergo ex similitudine, quam monasterium cum filio haberet, infirmari testamentum non potest, minus autem id fieri ex subiectiōne ad Praelatum, quia nulla ratione dici potest capitis diminutio; cum sit libera subiectio, & honore digna, ut recte expendit Cuicac. Aduersus Accurs. in d. § illud nouella 5. Quod vero ex tacita religiosi voluntate testamentum reuocetur, nullum fundamentum habet. Nam hæc tacita voluntatis presumpcio solum fundari potest in eo, quod religiosus tradens le religioni omnia bona sua tradere censetur. At hoc supponit bona sua testamento, vel donatione non esse traditas ut expressè dicitur in Authent. anno nasc. C. de Episc. & Cleric. & notaui Fernia ibi, si prius testatus non sit. Solum video dici posse infirmari testamentum, ex eo quod ingressu religione